

istis potationibus axmixtis cum sulfure & argento ad uitam prolungandum &  
sine dubio isti qui tantum tempore uiuunt utuntur potationibus istis de surfure  
& argento. In isto regno maabar est etiam quedam religio que nuncupatur similiter *bic narat abstinenciam*  
*cuigui(?) cuius homines sunt tam magne abstinentie quemadmodum uobis dicemus religiosorum & vadunt*  
*& de forti & asperra uita quoniam omnes nudi pergunt & non coperiunt naturam nudi & adorant boues &*  
*eorum neque aliquod membrum & adorant boues & plures ex ipsis portant unum portant bouem paruum*  
*bouem paruum de cupro uel metalo deaurato in medio frontis quem sibi ligari de cupro deaurato*  
faciunt. & comburunt etiam ossa bouum & faciunt ex ipsis puluerem postmodum  
uero ungunt corpus in pluribus locis cum magna reuerentia & bene con tanta  
reuerentia quemadmodum faciunt xpistiani de aqua benedicta. & si aliquis dum  
uadunt per uiam reuerentiam eis exibeat ipsum de puluere isto loco magne  
sanctitatis unguet in fronte non comedunt in parasidibus neque super incisoria  
82v° set comedunt carnes super folia pomi de paradiſo uel super alia folia magna  
tamen non sunt uiridia set sicca nam dicunt quod uiridia habent animam &  
ideo esset peccatum/ nam cauent sibi super omnes creaturas mondi non facere *bic habetur quantum*  
aliquid de quo credant habere peccatum quia pocius se mori dimiterent quam *cauent se a peccatis*  
aliquid faceret de quo crederet habere peccatum & quando queruntur quare nudi  
pergunt & non uerecundantur saltem membra ostendere uerecunda videlicet naturas  
eorum dicunt enim nos nudi pergimus quia nolumus aliquid de hoc seculo. Nam *nota*  
in hunc mundum sine uestibus & nudi uenimus quare non habemus uerecundiam  
ostendere membra nostra nec comitimus aliquid peccatum cum eis. & ideo non  
magis uerecundamur quam uos cum ostendimus\* manus uestras & vultum uel  
alia membra uestra que ad peccatum luxurie minime exercetis set quia membra  
illa ad peccatum luxurie exercetis ideo ipsa portatis coperta & uerecundiam habetis  
ex ipsis set nos non habemus magis uerecundiam quam ostendere dorsa quia non  
facimus aliquid peccatum cum eis talem quidem rationem redunt querentibus.  
quare non habent uerecundiam ostendere membra sua. non occiderent etiam  
aliquam creaturam uel aliquid animal de mundo nec muscas nec pulices nec  
83r° sexcupedes nec aliquos uermes| quia dicunt quod habent animam & non comedenter  
& non propter peccatum quod crederent inde habere non comedenter etiam  
aliquam rem uiridem erbas neque radices donec uirides essent nisi dum essent sicce  
quoniam dicunt quod omnes res uirides animam habent isti quidem cum egerent  
uolunt pergunt ad splaçias siue litus maris. & ibi iuxta aquam egerunt in arena.  
postmodum se in aqua optime emundantes quibus lauatis accipientes unum  
baculum siue uirgam sterlus cum ipso taliter sternunt illuc & huc & diuidunt per  
arenam quod nichil ex eo uidetur queruntur quare hoc faciunt respondent in ipso  
cum crearentur vermes & vermes concreati cum esca consumpta foret per solem

\* Read: ostenditis (F: uoc moustres uostre main)